



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 39. Quid si fructus decimales coloniæ in patria Leodiensi
arrestentur, Brabantusque conqueratur in Brabantia violatæ Bullæ,
poteritne arrestari procurans ad conservatorem, quem habet, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

QUÆSTIO XXXVIII.

Quid de clausula suppletes omnem defectum.

SUMMARIUM.

1. Clausula suppletes omnem defectum.
2. Clausula de plenitudine potestatis.
3. Dolo an sublatus censetur.
4. Defectus citationis mandati jurisdictionis, an censetur sublatus, & quid si impetrans sit superius bigamus.

Clausula hæc non tollit defectus substantiales. DD. cap. 1. de transact. Spec. de legato §. nunc ostend. verf. 14. Paris. cons. num. 16. vol. 4. Emanuel. Roder. Reg. quæst. tom. 1. quæst. 8. art. 15. uti nec defectus naturales provenientes ex parte supplicantis provenientes tollerentur. Spec. d. loco num. 18. DD. cap. suspensura de Rescript. cap. ipso iure de rescript. in 6. idque nisi & huic clausula alia adiceretur de plenitudine potestatis, vel motu proprio, aut certa scientia, nam tunc omnes defectus sublatis esse censentur, Emanuel. d. art. 15. excepto tamen dolo impetrantis, qui nunquam exceptus esse censetur. DD. l. quod nerva ff. de posui & in l. contrarius ff. de Reg. juris Emanuel. d. loco. Similiter nec sublatis censentur defectus ex omisa citatione, mandato aut jurisdictione provenientes. Qua de re extat Bulla Pii IV. & Clem. VIII. quam alio in loco inferui.

QUÆSTIO XXXIX.

Quid si fructus decimales coloniarum in patria Leodiensi ad Brabantum spectantes à Leodiensi arrententur, Brabantusque conqueratur in Brabantia violata Bullæ Aureæ, poterint arrentari procurans ad conservatorem, quem haber, recurrere.

SUMMARIUM.

1. Actiones plures competunt pro decimis. sive procedi seu per arrentationem.
2. Decimarum in exactione potest executio.
3. Decimales fructus arrentari possunt ut in agris requirantur per horas viginti quatuor.

quatuor, vel aliorum opinione horas duo-
decim.

4. Decimarum dominium translatum est
in Ecclesiam sine traditione.

5. Principes non possunt legem dicere deci-
mi.

6. Bulla Aurea Papali dispositioni non po-
tuit prejudicare.

7. Prætextu Bullæ Aureæ impediens so-

lutionem decimarum excommunicati
sunt.

8. Impediti in perceptione decimæ, possunt
recurere ad conservatorem.

9. Bulla aurea intelligenda est in casu tem-
porali, non vero speciali.

10. Actiones regulariæ non comprehendun-
tur sub Aurea Bulla.

Proposita mihi fuit nuper hæc questio, ad cuius explicationem priusquam me-
p accingam, præmitto pro illius basi, ad solutionem decimarum obtinendam
quam plures à jure concedi rationes, uti uno ore apud omnes decimanos scrip-
tores proditum est. *Rebuffus de decimis quest. nona. Ioannes Petrus Moneta tract. de*
decimis tam spiritualibus quam Papalibus cap. 8. Inter quas hæc promptior est & com-
pendiosior, quæ realis & executiva est. gloss. Clem. dispendiosam de iudiciis ubi Cardi-
nalis num. 26. & 27. Rebuffus de decimis quest. 15. num. 23. Moneta d. cap. 8. num. 56.
Scilicet per arrestum seu manus injectionis, Anfrerius ad capellam Tholosanam quest.
433. Moneta de decimis cap. 6. num. 4. Guido decif. 283. apost. ad Bald. l. fin. num. 1. C.
commod. aut enim decimæ necdum sunt à cæteris fructibus separatae, & tunc credi-
tor decimæ potest experiri via arresti, quam in jure denuntiationem prohibitoriam
vocamus. l. detestatio ubi Alciat. ff. de verb. sign. impediendo ne fructus collantur ni-
si se præsentante. DD. citati & Anfrerius d. loco Spec. de decimis §. 1. col. fin. Guido dec.
283. Traq. de Retr. conf. 1. gloss. 7. num. 38. Didacus lib. 1. var. res. cap. 17. num. 8.
Antonius Thesaurus forens. quest. 9. num. 1. maneatque fructus in agris per 24. ho-
ras, vel juxta opinionem Ienatus Pedemontani per 12. horas, usque dum venerit deci-
mator. Thesaurus d. quest. 9. num. 2. aut decimæ sunt separatae à fructibus aliis decima-
tis, & tunc in Ecclesiam, quæ decimarum est creditrix. Rebuffus de decimis quest. 9.
num. 7. dominium sine alia traditione Ecclesiæ seu piæ causæ favore transfertur, pos-
sunt tunc arresta tanquam in rebus propriis interponi, Pecq. de jure sistendi cap. 4. n. 25.
secus quam in fructibus præbendæ. Gail. lib. 1. obs. 17. num. 8. licet quod de fructibus
præbendarum dixi non simpliciter, sed cum mica salis admittat Navar. conf. 3. num. 1.
de immunit. Eccles. & etiam de decimarum fructibus, Imbertus instit. forens. lib. 2.
cap. 60. in verb. pignorat. Itaque si creditor decimæ, seu quod perinde est, Ecclesia
arrestum interponat in fructibus suis decimalibus in patria Leodiensi existentibus, de-
bitor qui Brabantus est, nihil habet quod conqueratur, non enim Ecclesia impingit
in constitutionem Bullæ Aureæ ab Imperatoribus conditæ, qui legem Ecclesiæ re-
bus

bus spiritualibus, quales sunt decimæ, *Felin. cap. cum ab Ecclesiarum numer. 7. de consil. Peck. cap. ea quantum. 5. de Reg. Jur. in 6. præscribere nullatenus potuit. Rebuffus de decimis quest. 10. num. 4. cap. Ecclesia S. Mariae ubi plena manu, Fel. Abb. & DD. de consil. Peckus cap. ea quantum 5. in fine de reg. jur. in 6. ca. verum ca. Imperator dist. 96. num. 18. de probat. late Card. Manica de tacitis & ambiguis par. 2. Ab. 22. tit. 19. num. 20. id quod etiam plenius infra confirmavimus quest. 115. & cap. in præsentia, ubi Abb. ad eod. quidem, ut ejusmodi Bulla Aurea generali Papæ confirmatione decimarum juri officere non possit, *Fel. d. cap. Ecclesia num. 4.* Imo vero prætextu hujus Aureæ Bullæ impediens solutionem decimarum velut Ecclesiastica libertatis temeratores censuras eas incurrerent, quas illarum violatores solent incurrere, ca. decimas 16. quest. 7. cap. noverrunt de sent. & com. ubi Innoc. Bellamora conf. 40. Card. d. Clem. dist. pendiosam numer. 27. & scripsi supra Scholio 7. vers. 5. & 18. id quod nullo privilegio aut constitutione canonica obstant, nisi quæ specialiter Bullæ Cœnæ Domini deroget, uti tradunt ii, qui constitutionem annuam Bullæ Cœnæ Domini suis commentariis illustrarunt, *Greg. Sayrus in thesuro Theol. moralis. Navar. in manuali. Toletus in summa. ego in tractatu de Jurisd. ord. in exempt. plusculis in locis ostendi.* Unde sequitur, cum qui prætextu Bullæ Aureæ hoc in casu inquietatur, posse via hac juris licita solutionem suarum decimarum persequi, ac pro tuitione jurium & decimarum suæ Ecclesiæ ad conservatorem jurium suæ Ecclesiæ recurrere, per cap. fin. de offic. deleg. in 6. Bulla enim Aurea aliter non est intelligenda, quam in suo casu, hoc est cum de reali qua temporali actio instituitur, prout denotant verba in ejus textu, præsumere faire ou exercer quelque jurisdiction ou judicature temporelement, actio autem de jure decimarum est spiritualis, à temporali longe differens. *Maranta de ord. jud. par. 4. dist. 13. Moneta d. cap. 8.* Ideoque Episcopus cogere etiam potest exemptos ad solutionem decimarum debitarum ratione rerum non exemptarum, *Geminian. conf. 72. num. 18. Card. Tuschus tom. 3. concl. 565. num. 11.* Deinde dispositio ejusdem Bullæ Aureæ excipit actiones confessorias & negatorias hisce verbis. Celles seulement exceptees esquelles la confessoire ou action negotiore se peut de droit agir, quod autem confessoria actione agi possit ad verus decimarum debitores, juris est explorata, hanc, posse hunc decimarum creditorem cui prætextu Bullæ Aureæ molestia fit, conservatorii remediis sibi providere; sunt enim ejusmodi molestiæ de facto, non vero de jure, quæ possunt conservatoris officio propulsari, uti alias ostendi hoc loco quest. 34.*